



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

Parisiis, 1644

VI. De iis qui virginibus sacratis matrimonio iunguntur, vel religionem professam deserunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14887

trancarum feminarum voluerit inhære, a communione habeatur alienus.

ANNO
CHRISTI
461.

IV.

Vt clericus, cui nubendi datur licentia, interruptam non accipiat vxorem. quod si fecerit, vltimum in officio clericali teneat locum.

V.

Si quis vero clericus, relicto officii sui ordine, laicam voluerit agere vitam, vel se militiae tradiderit, excommunicationis pœna feriatur.

VI.

Qui vero se sacris virginibus per coniunctionem nefandam miscuerint, vel propositum professæ religionis dereliquerint, vtrique a communione habeantur alieni; quia si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus: donec respicientes a laqueo diaboli, a quo capti tenentur ad ipsius voluntatem, ad auxilium pœnitentiæ reuertantur.

VII.

Homicidis penitus non communicandum, donec per confessionem pœnitentiæ ipsorum crimina diluantur.

VIII.

Si quis vero post acceptam pœnitentiam, sicut canis ad vomitum suum, ita ad sæculares illecebras, derelicta quam professus est pœnitentia, fuerit reuersus, a communione ecclesiæ, vel a conuiuio fidelium extraneus habeatur, quo facilius & ipse compunctionem per hanc confusionem accipiat, & alii eius terreantur exemplo.